

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discere g
cum uariis

Qui enim diligenter inspicere uoluerit quid antiqui propter amorem sapientie pertulerint, quam memoranda posteris uirtutis sue monimenta reliquerunt, quamlibet suam diligenciam inferiorem esse uidebit. Alii calcabant honores, alii proiecerunt diuicias, alii acceptis iniuriis gaudebant, alii penas spreuerunt, alii contubernia hominum deserentes, ultimos recessus et secreta heremi penetrantes, soli se philosophie dedicabant, ut quantum mente et intelligencia a ceteris differrent, ipsa locorum distancia demonstrarent ne una teneret habitatio quos non eadem sociabat intencio. Cuidam philosopho referebat quidam dicens: Numquid non uides quia te derident homines; et ille: ipsi me, inquit, derident et eos asini. Cogita si potes quanti estimauerit laudari ab hiis a quibus nec uituperari timuit.

Hugo ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uoluerit] uelit P V¹ V² L¹ L²; reliquerunt] reliquerint P V¹ V² L¹ L²; proiecerunt] proiecerent P V¹; acceptis] acceptius P V¹; spreuerunt] spriuerunt P V¹; soli se] se soli P V¹ V² L¹ L²; quantum] se *add. (del. sub lin.)* B; demonstrarent] demonstraret P V¹ V² L¹ L²; numquid] non quid M; quia] quin L¹ L²; me] de *add. (del. sub lin.)* B; hiis] is P V¹, iis V² L¹ L²